Epistola 194. IOHANNI COCCEJO IOHANNES BUXTORFIUS.

S. P. Reverende et Clarissime Vir;

Cui hoc Tibi forte videbit, Filius meus est; Patri quidem et Avo suo cognominis, sed diversi studii per Dei voluntatem. In vitæ quidem limine, studiis eum, præsertim sacris, consecrare, sed videns me laborem laevo, et, nego ejus naturam ei inclinare; ad negotiationem librariam eum applicui, cui adest jam per 5 circiter annos, partim Genevæ, partim Argentinæ agens. Lubido illum incessit, Hollandiam perlustrandi et libros parandi, aliquos: si Leydæ vel Amstelodami posset conditionem commodam reperire, velim ipsum aliquamdiu illic morari, et si aeri et victui Hollandiæ possit assuescere; sic mihi, ad aliquem adhuc annum ei condita vivendi Suisse hac de re perlixeris ad D. Heidegger, cumq; illi accurate commendasti, de conditione ipsi providendi; quia intelligi, D. Lamotium propinquo affinitate ei esse junctum. Hoc dubito, quin ei tu, si ei ejus gratiam quid tuerea possis juxta cum D. Heidegger, id mihi magni gradum eris facturus, ejusq; rei vestris Bibliopolis, apud quos propter vestros labores, magna gratia et authoritate pollentis, commendatum. Cui nomina eum tibi quoq; ego commendo, pro patrono meo in ipsum asserta. Non libenter equidem vos interpello de aliorum studiis, sed tuæ prudentiæ efficit et opportunitas. In dubiis est boni, probus, moderatus, meticulosus, sedulus, solicitus ac temperans, præter communem Germanorum morem, quod de ipso spondere possum. Velim, si tibi possit, ut Leydæ maneat, quàm Amstelodami. Fiat, quod Dei voluntas est, cui eum commendo, et post eum Amicis cum ejus instrumentis.

Cæterum ad publica quod attinet, nostra quidem ni prioribus sunt statu. Pacem habemus, sed nudum divortium. Regi Dano, ne ego sinistris adhuc superstitibus nova flamma excitetur, quod tamen non opus. Ad studia mea quod attinet, frigent ea usi cum nostra Typographia. Habeam quidem parata: videor autem commodius tempora ejus exspectanda. Accepi nuper Specimina Operis Biblici Anglicani: non displicent; petunt à me Babyloniam Parentis, et Criticam meam Sacram in Textum Biblicum: recepi, non denegavi, ex spero responsum. Displicet, quod simul velint addere, Epistolam Criticæ Cappelli: nisi quis quo modo illi cum mea conveniat, et præsertim Dissertationem meditatam, De Criticæ usu Sacri. Originis. Progressus. Formæ et Stadii. addam. Interim pro me loci. Cappelli aliquid retinere movere nihil audio. Audio autem, Anglum quendam, Brianum Walton, Abelium edidisse, cui titulus, Introductio ad linguas Orientales etc. cum gratulatione publica pro qua Cappellum defendat. Audiendum vidi. Utrum an mi quoq; pertingat, tempus id docebit. D. Flavigny erit forte erit, qui D. Flavignium defendat, et ejus partes tueatur, hispce non feres. De D. Durei nihil ab aliquo tempore audivi, ut ignorem quibus ni terminis ejus tractatus versentur: nescio etiam utrum in Belgio, et apud vos fuerit. Multa novit, parum autem promovet. Superet spes nostras! Interim cum meum vitam. Jam diu est, quod nihil amplius de D. Mayer audivi. An adhuc est in Belgio? Plura mihi non licet. Vale, Vir Clarissime, et mi ama, mamq; etiam, quæso, tibi, ut occasio datur, commendatissimam.

Dab. Basileæ d. 3. Sept. Ann. 1656.

Tibi omni cultu et officio
addictiss.
Joh. Buxtorfius

qui addant

Spist. 194.

Viro Reverendo et Clarissimo,
D. Johanni Coccejo, SS. Theologiæ in Academia
Leidensi Professori celeberrimo, Amico
plurimum honorando.

Leidam.